meris ſequentibus late probat, conſuetudine etiam, & Papæ priuilegio, hoc ius competere noſtro Regi Hiſpaniæ: & refert Guerrerium relatum per Menchac. *controuerſ. illuſtr. cap.22. num.15.* late hoc defendentem.

Quæ ſententia fuit etiam antiquitus approbata in *Conc. XII. Tolet. anno* 1. Heruigij Gothorum Regis, qui Hiſpanias obtinebat æra Cæſaris 723. ann. à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 685. vt refert præfatus Roder. Archi. Toletan. *lib.3. ſuæ Hiſtor. cap.*12. & obſeruauit Alfonſus à Carthagine, Epiſcop. Burgenſis in Anacephaleoſi Regum Hiſpan. *c.*40. Quo quidem Concilio decretum fuit, quod Rex ad Epiſcopalem dignitatem promouendos eligeret, ipſe vero Toletanus Antiſtes, præuia morum examinatione inſtitueret: cuius Canonis Gratianus meminit *in cap. cum longe*, 63. *diſtinct.* vbi Præpoſitus dicit notabiliter, quod Rex Hiſpaniæ tempore illius Concilij Toletani habebat priuilegium præſentandi Epiſcopos in Eccleſiis Cathedralib. Eiuſdem Concilij meminerunt Palat. Rub. *vbi ſupr.* §.9. & Cou. etiam *vbi ſupr.* ſtatim recitandus: nec non & Azeued. *d.l.*1. poſt Didac. Perez *in l.2. tit.6. lib.1. ordinamen. col.*251. & D. Spino *in ſuo Spec. teſta. gl.4. n.*13.

Et quamuis nulli dubium ſit, quod prædict. Concil. Toletan. celebratum fuerit anno 1. Heruigij, menſe Ianuario, quia id ex ipſius Concilij actis conſtat: in hoc tamen controuerſia verſatur, ſub quo ſummo Pontifice id contigerit: quam bene explicat D. Couar. *d.2. par.* §.10. *n.*6. ideo ſuper hoc non conuenit amplius immorari. Supereſt igitur ex ſupradictis clarum, electionem & præſentationem Epiſcoporum Hiſpaniæ iure ad eius Regem pertinere atque ſpectare rationibus prædictis: ſed & conſuetudine, & quaſi poſſeſſione immemoriali Reges Hiſpaniæ hoc ius præſentandi Epiſcopos legitime præſcripſerunt, vt eadem l. Regia præcitata affirmat: & probat atque teſtatur Palat. Ruin. *vbi ſupr.* § 10. Id quod eſt abſque vlla controuerſia; ita quidem, vt niſi à Rege nominatus nemo poſſit his dignitatibus inſigniri, vt probat D. Cou. *vbi ſupr. n.*5. quem ſequitur Didac. Perez. *dict. col.* 261. Ideoque ſecundum ipſum Reges Hiſpaniæ, hoc ſuum ius etiam poſſunt defendere, allegato priuilegio Romanorum Pontificum, quod probare poterunt immemorialis temporis quaſi poſſeſſione inconcuſſa & notoria, in qua exſiſtunt, quæ vicem tituli obtinent, *leg. hoc iure*, § *ductus aquæ*, *ff. de aqua quotid. & æſtiu. cap. ſuper quibuſdam*, §. *præterea, de verb. ſignif.* cum his quæ infra latius adducemus circa poſſeſſionem immemorialem, *quæſt.14. n.69. cum ſeqq.* & probat præterea in terminis D. Spino *vbi ſupr. d. n.*13.

Quinimo idem ius præfatis Regibus Hiſpaniæ competit ex titulo expreſſo ſedis Apoſtolicæ, quẽ ad id habent, vt eadem lex Regia præfatur, & affirmauit prius Greg. Lopez *in l.18. gloſſ. magna ad finem, tit.5. part.*1. dicens: quod Rex Hipaniæ habet etiam conceſſiones & confirmationes Papales ſuper iſto iure patronatus, quas ipſe vidit: quem refert & ſequitur Didacus Perez, *vbi ſup. d. col.*251. qui prius *in d.l.3. tit.1. eod. lib.1. col.121. ad fin.* idem probauerat ex Io. de Selua *in tract. de benefic. 2. part. q.23. n.*16. dicente, quod hoc Regibus Hiſpaniæ ex priuilegio Papæ conceſſum eſt, quia alias tale ius non haberent: & D. Spino *vbi ſupr. n.*14.

Neque ſuperioribus obſtat, quod olim apud Hiſpanos moribus obtinuit, vt Canonicorum collegium, cui munus eligendi Epiſcopum iure communi incumbebat, vt habetur *in cap. ne pro defectu, & in c. congregato, & in multis aliis cap. de electione, & in leg.17. tit.5. part.*1. ſtatim mortuo paſtore. Regi eius obitum nunciaret, licentiamque & facultatem eligendi Epiſcopum ab eo peteret: quia per Regem conceſſa, Canonici eligebant Prælatum, eumque ante miſſionem in poſſeſſionem Regi exhibebant, vt ab ipſo bonorum adminiſtrationem obtineret, vt expreſſe canetur *in d. l.18. adonde ſe dize que eſta mayora e honra han los Reyes de Eſpaña por tres razones. La primera, porque ganaron las tierras de los Moros, e hizieron las mezquitas Yglesias, y echaron de alli el nombre de Mahoma, e metieron el de nueſtro Señor Ieſu Chriſto: la ſegunda, porque las fundaron de nueuo en lugares donde nunca las huuo: la tercera, porque las dotaron, e les fizieron mucho bien.* De qua conſuetudine & iure etiam meminit *d.l.3. tit.3 lib.1. ordinam. & l.2. tit.6. eod. lib.*1. & iure æquum eſſe & honeſtati conueniens, quod Prælatus electus in Eccleſia Cathedrali vel collegiali ante inſtitutionem, patrono etiam priuato exhibeatur, vt ipſe videat ſit ne is conueniens & idoneus Eccleſiæ adminiſtrationi, probat tex. *in c. lectis*, 63. *diſt.* Regis enim intereſt noſſe, qui ſint, qui Eccleſias intra eius prouinciam ſunt adminiſtraturi, vt cum pluribus auctoribus. quos in id citat, probat D. Cou *vbi ſup. d. n.*5. id fatentib. nuncupatim de Hiſpaniarum Rege ex *d. c. cum longe*, 63. *diſtinct.* Nec non & Didac. Perez ac. D. Azeud. *vbi ſupr. n.1. cum ſeqq.* hoc enim, & præcipue d. ll. Regiæ videbantur prima facie contrariæ omnibus ante dictis, & *d. c. cum longe*, cuius tempore ad Reges Hiſpaniæ ſpectabat, prout nũc ſpectat electio ſeu præſentatio Epiſcoporum ad Eccleſias Cathedrales, non vero ad Decanum & Capitulum prout dicunt ſpectare *dict. ll.* Regiæ antiquæ. Non tamen obſtant, quia poteſt dici, ſecundum Greg. Lop. *in d.l.18. gloſſ. mag. & in l. præcedenti* quod temporibus *d. c. cum longe*, prouiſio Eccleſiarum Cathedralium pertinebat ad Papam, vt *in c.1. & 2. 22. diſt.* poſtea vero data fuit poteſtas eligendi Prælatum Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis, vt late per gl. *in c. quanquam, de elect. lib.6. & in c. Congregatio.16. q.7.* & cum Reges Hiſpaniæ eſſent patroni Eccleſiarum, inducta fuit prædicta conſuetudo, vt nunciaretur Principi mors Prælati, & peteretur licentia eligendi futurum ſucceſſorem; & alia de quibus in d. ll. Regiis prioribus: quæ conſuetudo valet, & ſi aliter fieret electio, caſſabitur, vt ibi probatur. Cum vero poſtea reſeruauit ſibi prouiſionem Eccleſiarum Cathedralium, & certos reditus monaſteriorum virorum, vt refert Abb. ibi ab eo relatus, Reges Hiſpaniæ redierunt ad ſuum ius primæuum præſentandi electos ad Eccleſias Cathedrales ratione iuris patronatus, prout fiebat temporibus *d. c. cum longe.* Neque eis obſtat dictum Abbatis *in c. cum inter vniuerſas. pen. notabil. de elect.* dum cenſuit, quod Papa, qui hodie prouidet Eccleſiis Cathedralibus & regularibus, non tenetur requirere conſenſum Principis in his locis, in quibus erat, d. conſuetudo; quia Papa prouidet iure ſuo & non vice Capituli, *arg. c.2. de præb. l.6.* & ſic conſuetudo grauoſa inducta contra capitulum, non debet extendi ad Papam: quoniam negamus primum, præd. conſuetudinem eſſe vel fuiſſe in grauamen Eccleſiarum, ſed tantum detrahere in aliquo pleno iuri patronatus ex electione data Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis. Deinde aſſerimus conſtanter Reges Hiſpaniæ, non tantum fundare ſuum ius patronatus in præfata conſuetudine immemoriali, ſed etiam in conceſſionibus & confirmationibus Apoſtolicis quas

quas ad hoc habent, vt prædiximus, & teſtatur Greg. Lopez in proprio loco, ſic reſpondens illi *l. cum ſimilib.* Nec audiendi ſunt Ioan. Ferraldus *tract. de inſigni pecul. Reg. Franciæ 9. iure* & Ioan. Igneus, *l. neceſſarios*, §. *non alias*, *num.* 336. *ff. ad Syllanian.* exiſtimantes, non debere gloriari Hiſpanos propter *d. c. cum longe*, 63. *diſt.* quando Hiſpani Reges conceſſione Carolo facta id obtinent, qui poſtquam Adrian. 1. Pontificem à tyrannide Deſiderij Longobardorum Regis liberauerat, Hiſpanias Mahumetica prauitate imbutas Chriſtianas fecit, potitis eis, Hiſpaniæ Rex inſinuatus eſt: eo medio ius iſtud Regale conſequuti ſunt. Verum ab horum opinione, quamuis Gallus, diſſentit Carol. de Graſſal. *lib.3. Reg. Franciæ iure* 3. Et merito, quoniam falſiſſimum eſt, quod prædicti opinantur, vt latiſſime ad oculum demonſtrat doctiſſ. Couar. *d.* §. 10. *num. 6. verſic. nos vero*, quia ante ipſum Carol. Magnum, & ante Arabum in Hiſpanias expeditionem Gothorum Reges id obtinuerunt, vt conſtat ex *d. Concil. Toletan. XII. præcitato.* Quamuis enim nonnulli ſcripſerint, Carolum Magnum cum exercitu ſuo Nauarram, Aragoniam, Cathaloniam, & adhuc (quod omnino à vero abhorret) Gallœciam vſque per mediterranea Hiſpaniarum penetraſſe, eaſque Prouincias à Sarracenis bello abſtuliſſe: nam & à Gratian. *in c. volumus*, 1. *q.*1. adducitur Caroli Magni decretum, vbi ipſe Carolus aſſerit Hiſpanos ſibi ſubditos eſſe: attamen fere apud omnes receptum eſt & Hiſpani Hiſtorici teſtantur, eundem Cæſarem Carol. Magn. à Sarracenis in ipſis Pyrenæis ſaltibus magna cum iactura & clade fugatum fuſumque fuiſſe: quod plane fatentur, qui ex Gallis exteriſque eius vitam memoriæ tradiderunt. Noſtri vero eam victoriam militibus. Alfonſi Regis Caſtellæ, qui cum Sarracenis pacem inierat, tribuendam eſſe cenſent. Fit igitur ex modo dictis, Carolum Magnum Hiſpaniarum prouincias minimè obtinuiſſe bello, neque eas Catholicis Hiſpaniarum tradidiſſe Regibus ſed ipſi, quorum primus Pelagius fuit auxilio diuino, poſt illam Roderici vltimi Gothorum Regis Hiſpaniæ cladem maximis laboribus deuictis & fugatis Sarracenis, ſtrenue Chriſtianæ Religioni Hiſpanias reſtituerunt, vt *ſupra* probauimus: & in propoſito commemorat Couarr. *d. num.* 6. & Didac. Perez, *d. col.* 251. Non obſtet teſtimonium Gratiani adductum *in d. cap. volumus*, 11. *quæſt.* 1. quia nullam fidem habet ex eo, quod illius decreti auctor incertus ſit, aut de Hiſpanis Galliæ finitimis & Pyrinæum habitantibus intelligi debet, auctore D. Couarr. *vbi ſupra.* Reges igitur noſtri Hiſpaniæ minime ius eligendi & nominandi Epiſcopos ex conceſſione & priuilegio Carolo Magno conceſſo habuerunt, vt fatetur Carol. Mol. ad edictum Henrici Regis *part. vltim. num.* 31. *cum ſeqq.* relatus ab eodem Couarr. vbi addit, ante Carol. Magn. idem ius Gallorum Reges habuiſſe, quod Reges Hiſpaniæ longe ante Imperium, d. Cæſaris habuerunt, & habent à tempore immemoriali, iure communi ſuffultum, vt videmus, & ita merito à Summis Pontificibus ſemper admiſſum, imo & approbatum & conceſſum, atque in bullis Apoſtolicis prouiſionis Epiſcopatuum ab ipſis agnitum eſt: adeo, vt de hoc nullo pacto aut modo, tanquam de re certiſſima & veriſſima valuerit vnquam nec poſſit dubitari.

73 Tertia † ſignificatio nominis *hijodalgo es, hombre es cogido de buen lugar*, i. e. *de buen linaje, e con algo: que quiere tanto dezir en lengua Eſpañola, como bien: y anſi ſe llaman hijoſdalgo, que ſignifica tanto como hijos de bien. E en algunos otros lugares los llamaron Gentiles, e tomaron eſte nombre de gentileza, que ſignifica tanto como nobleza de bondad: porque los Gentiles fueron hombres nobles e buenos, y biuieron mas ordenadamente que otras gentes.* Ita *l.2. titul.21. partit.2. in verſ. E por eſto ſobre todas las coſas*, ibi, *E porque eſtos ſon eſcogidos de buenos lugares e con algo, que quiere tanto dezir en lenguaje de Eſpaña, como bien: por eſſo los llamaron fijoſdalgo, que mueſtra tanto, como fijos de bien.* Idem probat iure communi Celſus *conſil.* 44. *numer.* 5. dicens
† quod ad hoc, vt aliquis dici poſſit nobilis, re- 74
quiritur quod ſit nobilis, natalibus, honore, luce conſpicuus & diues in patrimonio: quæ tria cumulat text. aureis literis ſcribendus, ſecundum eundem Celſum, *in leg. nobiliores, Cod. de commer-
ciis & mercat.* † Et apud Gallos, nobiles, gentiles 75
homines, vulgo *gentilz homes* vocantur, vt refert Tiraq. *de nobilit. cap. 2. num.*53. Id quod & in Italia antiquiſſimum eſſe fertur, vt refert Caſſaneus *in Catalog. gloriæ mund. in tertia conſideratione octauæ partis.* Et optime declarat Budeus *in adnotat. ad Pandectas in l. fin. ff. de origine iuris*, quod apud Gallos magis volunt vocari, gentiles homines, quam nobiles, teſte Otalora *de nobilitate 2. part. cap. 3. num.* 5. & prædicta etiam probat frater Guardiol. *in ſuo tract. de la nobleza de Eſpaña cap.* 28.

Hanc† tertiam huius nominis *fidalgo*, ſignifica- 76
tionem à noſtra lege Regia traditam, ſequitur & bene comprobat Otalora, *de cap. 3. num. 4. cum ſeqq.* dicens, *que de buenos lugares ſe entiende de buen linage, y ſuelo: y llamanſe hijos de bien, anſi por el algo que era la hazienda, como por el buen lugar y ſuelo donde venian, que era teſtimonio de verdad y virtud*: & inde notat, *que en el tiempo de la dicha ley de partida los hijoſdalgo eran ricos, y que anſi era y oy es qualidad de hidalguia la riqueza*: ſed vtrumque requirit lex, nempe, *que fueſſen eſcogidos y de buenos lugares*, id eſt, *de buenos linages, y que tuuieſſen algo, que es y ha ſido bien, y honra.* Et tandem inquit, quod hæc alluſio huius vocabuli eſt planior & communis, eamque comprobat ex
duobus. Primo, † quia apud Latinos hæc dictio, 77
Aliquid, ſæpe in eodem ſenſu accipitur, id eſt, *de bien y nobleza*, vt inſinuat Cicero *lib. 3. Epiſtolar. ad Atticum in Epiſtola*, incipienti, *Accepi Idibus, &c. ad finem*, ibi, *Quare fac vt omnia ad me perſpecta & explorata perſcribas, meque vt facis, velis eſſe aliquem*: & Iuuenal. Satyra. 1. *Aude aliquid breuibus gyaris & carcere dignum, Si vis eſſe aliquis*: & Apoſtol. in ſecunda Epiſtola ad Galatas, ibi, *Euangelium quod prædico in gentibus, ſeorſum autem his qui videntur aliquid eſſe*: & iterum infra: *Mihi autem, qui videbantur aliquid eſſe nihil contulerunt*: & apud Græcos dictio, τὶς, quæ Latine interpretatur *aliquid*, ſignificat egregium vel notabile: vt affirmat Ambroſ. Calepin. *in ſuo dictionario verb. Aliquid, vel aliquis. Eſta miſma expoſicion ſigue y aprueua* gloſſator noſter, *gloſſ. 18. num. 26. & 27. Diziendo que no tiene por ſegura, antes es coſa temeraria apartar e en eſto deſta ley de Partida, principalmente en coſas y vocablos antiguos de Eſpaña, y que conforme a ella hijodalgo es hijo de bien*, id eſt, *que hijodalgo es que de ſu padre y mayores hereda eſte algo
y bien: el † qual, ſegun el dicho author ſe entiende, que* 78
es tener vaſallos ſolariegos: por que eſte es ell algo y bien antiguamente y oy en Eſpaña eſtimado en mucho,

cho, y entre otros algunos y bienes preciado en mas, y que por eſſo dezian en España hijodalgo de ſolar, al que tenia vaſſallos ſolariegos, entendiendo anſi en el num. 19. *eſpecialmente la dicha ley ſegunda y.* 3. *tit.* 21. *part.* 2. *porque eſte bien de tener vaſſallos ſolariegos, era el mas noble, y es oy el mas eſtimado y el que ell mundo ſiempre mas ha preciado y oy precia*, vt ibi nititur probare ex verbis quarundam Chronicarum: quod in aliis numeris illius gloſſæ ſæpe ac ſæpius repetit.

79 Hæc † tamen etymologia huius vocabuli, *hijodalgo*, extranea videtur Gregor. Lopez *in dict. leg.* 2. *Partita, in gloſ. que mueſtra tanto, in princip.* & inquit D. Sarmiento *lib.* 1. *ſelect. interpret. cap.* 15. *ſtatim poſt princ. ante num.* 1. quod hæc etymologia reſpicit effectum rei, non tamen omnino veram huius nominis originem explicat: & non placet Baeça *de inop. debit. cap.* 16. *num.* 45. quia ſi nomen *algo* ſignificaret diuitias, & ex diuitiis oriretur nobilitas, potius nobilis diceretur, *padredalgo, que hijodalgo* (adde vel *ſeñordalgo.*) Itaque hi tres auctores contra eam tenent, atque ipſam impugnant. Quid tenendum?

80 Ego † in primis, etſi ingenue fatear, ſtandum omnino eſſe huic tertiæ etymologiæ vocabuli *hijodalgo*, quia tradita eſt à conditore l. Partitæ, quæ ſic id expreſſe exponit, à qua non eſt recedendum, quia eſt communis expoſitio lege Regia approbata, viciniore illis temporibus, quibus *los hijoſdalgo de España* originem ſuam huius nominis ducunt, cæteris auctoribus, qui de hac reſcripſere; ac proinde verius ac proprius vim ac ſignificationem & deriuationem intellexerit.

Nihilominus tamen probabilem eſſe exiſtimo ſecundam ac mediam etymologiam prædicti vocabuli *ſupra* poſitam, nempe vt *fidalgo* dicatur, quaſi *filius Gothi*, id eſt, *fidalgod*, ex omnibus ibi prædictis, quæ profecto eam veram videri oſtendunt: nec aliena videtur à prædicta tertia expoſitione, immo nonnihil commune habet cum ea, quandoquidem vt prædiximus, *los nobles Catholicos, que en tiempo de los Godos, y de la deſtruycion de España ſe recogieron a las montañas, lleuaron con ſigo ſus hijos y mugeres, y lo que podian de mueble a Cantabria, Aſturias, y montes Pyreneos.*

81 Præterea *que el algo y bien que dize la ley de Partida, de donde tomaron los hijoſdalgo de España ſu denominacion, ſe entienda, que ſea de ſuelo con vaſſallos ſolariegos, por ſer eſte el mayor bien, y el que mas ſe ha eſtimado, y eſtima oy dia en España*, vt ſupra meminimus, credo non fuiſſe tunc, nec eſſe nunc neceſſarium, nec eſſentiale, *para dezirſe, ni ſer vno hijodalgo, aunque ſi los tuuieſſe, ſeria mejor, y ſe verificaria bien la ley de Partida, y ſu palabra algo, que quiere dezir bien. Y en eſte ſentido hablan y proceden las Chronicas alegadas por Iuan Garcia, las quales no prueuan que no ſeria algo otra hazienda y bien para dezirſe vn hombre de buen lugar y linage, que lo tuuieſſe, hijodalgo, no teniendo vaſſallos ſolariegos: porque como quiera que eſta diccion y palabra, algo, o bien, de que habla la dicha ley de Partida*, ſit generalis atque ſimpliciter & indiſtinctè poſita, & à lege prolata, generaliter & indiſtinctè debet intelligi *de qualquiera algo y bien, junto con que el hombre ſea de buen lugar*, hoc eſt, *ſuelo y linage, como lo requiere la ley de Partida arriba citada.* Igitur non ſolum de vaſallis *ſolariegos*, quod fatemur eſſe magnum bonum, ſed etiam de aliis bonis, nempe mobilibus & immobilibus ac ſe mouentibus, & generaliter de quibuſcunque diuitiis ſine fraude acquiſitis intelligenda eſt ac poteſt, & debet proprie intelligi.

Hanc etiam † ſignificationem habent bona 82
apud Iuriſconſultos antiquiſſimos, vt *in l. ſubſignatum*, 39. *§. bona, ff. de verbor. ſignification.* vbi accipiuntur bona pro ſubſtantia & facultatibus, vulgo, *bienes.* Idem *in l.* 2. *§. in hac actione*, ibi, *ſed illud ſolum, quod ex bonis meis, hoc eſt, ex ſubſtantia, ff. vi bonor. rap.* & ſic pro ſubſtantia, facultatibus & patrimonio, *l. bonorum, ff. de verbor. ſignific. leg. Lucius, la* 2. *§. qua marito, ff. de leg.* 2. *& in*
aliis pluribus locis. Et † bona hominum, (vt in- 83
quit Plato in Gorgia, quem refert & ſequitur Rebuff. *in dict. §. bona, in princip.* tria ſunt. Primum, proſperam valetudinem habere. Secundum, egregiam formam. Tertium, diuitias nulla fraude acquiſitas. Et quod verbum, *bona*, ſit nomen generale, ideoque debeat declarari & aliquid adiici, tenet Rebuffus, *vbi ſupra.* Vnde cum lex Partitæ prædicta exponat *el algo, de don de ſe llaman los hijoſdalgo de España*, id eſt, *bien, que mueſtra tanto como hijos de bien*, ſimpliciter & generaliter, *y no declare, ni añada otra palabra, que lo reſtringa a ſuelo de vaſſallos: ſigueſe que eſte algo y bien, y ſe aya y deua entender conforme a derecho commun generalmente en lo que ſuena de patrimonio y riquezas bien ganadas, aora conſiſtan en ſuelo con vaſallos, aora en otros qualeſquier bienes o hazienda. No trato aora dedonde ſe llamaron y dizen hijoſdalgo de ſolar conocido porque deſto adelante en la queſtion quarta ſobre eſta ley, ſe tratara largamente; ſino ſolamente de la fuerça deſte vocablo, algo, y bien, ſimplemente pronunciado: elqual ſentido y entendimiento*, in terminis *a la dicha, l. de partida, da y ſigue* nouiſſime poſt hæc ſcripta viſus & in lucem editus frater Guardiol, *en ſu tratado de la nobleza de España, cap.* 27.

Neque obſtat, *que eſto de tener vn hombre vaſallos ſolariegos, era y es el algo mas noble, &c. porque aunque confieſſe eſto, no es ſubſtancia, ni calidad neceſſaria y preciſa, para dezirſe vno hijodalgo: pues demas de tener eſte algo, que baſta ſer otra qualquier hazienda, ha de ſer de buen linage y lugar, como eſta dicho. Y anſi menos obſta dezir*, quod non quælibet diuitiæ arguunt nobilitatem, *auiendo, como ay, infinitos mohatteros que creçen en vn momento, loſquales nadie los tiene por nobles, aunque mas juros y dineros tengan: porque a eſto ſe reſponde de dos maneras. La vna, que eſtas riquezas y bien han*
de ſer iuſtamente ganadas. † *Y la otra, que con to-* 84
do eſſo no baſtaran, ſino que es neceſſario, que junto con ellas, el que las tiene, ſea de buen linage y lugar, como eſta dicho: porque aqui no tratamos de la nobleza, que ſolamente ſe adquiere por hazienda; que eſta es diferente, ſino de la nobleza natural de linage y ſangre, con laqual concurrio el algo, que es bien y
hazienda. Y deſto † *no ſe infiere, ni es mi intencion* 85
dezir, que los hombres nobles, que no tuuieren hazienda, aunque deciendan de buen linage, no ſe podran llamar, ni ſer hijoſdalgo, porque baſta que ellos deciendan de quien era de buen linaje, y tenia eſte algo, para que ni mas ni menos ellos ſean hijoſdalgo, aunque pobres.

Nobilitas † enim fidalgorum (vt ita dicam) 86
non habetur à perſona fidalgi, ſed à genere & à primo nobili nominato & electo ad militiam, vel ex cauſa, de qua *in leg.* 6. *titul.* 27. *part.* 2. *& in dict. l.* 2. *titul.* 21. *part.* 2. *& in l.* 3. *eiuſdem tituli*, dum dicit: *Fidalguia, ſegun diximos en la ley antes deſta, es nobleza que viene a los homes por linage.* Ergo

Ergo ſi primus genere nobilis habuit aliquid, attento initio nobilitatis, illud ſufficit: quia
87 † quando cauſa ſortita fuit ſemel effectum, nunquam ceſſat effectus, licet cauſa ceſſet, vt per Doctor. *in cap. cum ceſſante. de appellationibus*, & Tiraquell. *de cauſ. ceſſant. limitat.* 12. Effectus autem
88 † nobilitatis primæuæ deriuatur in deſcendentes tanquam à fonte, & ille primus videtur ſemper dare nobilitatem, argumento, *l. vnum ex familia, §* 1. *ff. de leg.* 2. *l.* 3. *ff. de interdict. & religat. cum ſimi-*
89 *libus.* Et ideo † *la hidalguia* eſt hæreditas proauorum, vt *in dict. l.* 2. *in fin. tit.* 21. *part. ſecunda, & in leg.* 1. *tit. vndecimo, partit.* 7. *vt in ſimilibus prope terminis*, nempe *delhidalgo*, qui vere ab auis *lo es*, & non viuit nobiliter, quod non ob hoc amittat *la hidalguia*, per prædicta tenet, ac recte probat Auendanus *in ſuo dictionario legum. Partit. in verbo, cauallero, in verſic. neque obſtat, cum ſeqq.* Et Otalora *de nobilitat.* 4. *part. cap.* 7. *num.* 2. ſentit idem *in* 5. *parte, capit.* 2. *num.* 2. *& in* 2. *parte, cap.* 5. *num.* 12. & Sarmiento *lib.* 1. *ſelect. interpretat. cap.* 15. *num.* 2. *in fin* & Ioannes Garçia *in præſenti gloſſ.* 1. *§.* 1. *num.* 57. *cum ſeqq.* vbi late probat, quod
90 † nobilitas naturalis ſanguinis non amittitur, *por vſar officio vill, o mechanico*: perpetua enim eſt, & ideo nec loco, nec tempore circumſcribitur, *y exemplifica en hidalgos notorios, que ay en las montañas de Santander. Quatrouillas, Vizcaya, prouincias de Alaba, Galizia y Leon, que por la calidad de la tierra, y pobreza della, les esforcado viuir de oficios baxos: y por eſte exercicio no degeneran de ſu hidalguja y ſeria iniquidad, ſi por ello ſe puſieſſe falta alguna en ella.*

91 *Otra* † *coſa reſuelue alli, que ſeria en la hidalguia*, ex accidenti, *como es la de priuilegio y exempcion: porque eſta bien ſe pierde por vſar de oficios viles, como ſon los mechanicos, y otros ſemejantes*, de quo eſt expreſſa, *l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 6. *Noua Collection. Reg. adonde ſe declaran algunos. Y anſi lo entendio primero expreſſamente Auendan.* vbi ſupra. *Y eſto entiende el dicho gloſſador*, dum nobiliter viuit exemptus vel priuilegiatus, ita vt nec ſibi deſiſtenti; nec poſteris noceat ex Maſuetio, Guido Pap. Caſſan. & Tiraquel. quos ibi refert & ſequitur: idem probat Baeça *de inop. debit. c. decimo ſexto, num.* 33. vbi loquitur in nobili (& intellige ex accidenti) qui deſinit exercere artem vilem, vt recuperet nobilitatem eiuſque priuilegia: Nobilitas namque naturalis non amittitur ex exercitio humilis officij, vt probauimus. Præterea quod nobilitas deriuetur ad poſteros, probat Tiraquell, *de nobilitate, cap.* 15.
92 *in princip.* quia nobilitas eſt † à maioribus, nunquamque à loco dimoueri poteſt: ea vero quæ non eſt à maioribus, in ſolo tantum patrio eminet: at quæ ex ſanguine prouenit, apud omnes homines ſplendorem retinet: Ita Oroſius Luſitanus *lib.* 1. *de nobilitate, cap.* 4. quem ad hoc refert & ſequitur, atque magni facit Ioannes Garçia *in*
93 *præſenti gloſſ.* 7. *num.* 17. Vnde † iſta naturalis ſanguinis nobilitas nunquam mutatur nec perditur, Tiraquell. *dict. cap.* 25. *num.* 5. *& cap.* 35. *per totum.* Et probat late Ioannes Garçia, *dict. gloſſ.* 7.
94 *num.* 17. Nobilitas † namque à maioribus in poſteros deriuata perſonam comitatur, & velut hæreditas in ipſos deſcendit, *dict. l.* 2. *tit.* 21. *part.* 2. ibi: *porque les viene adelante, como heredad.* Ex qua l. ita notat Otalora *de nobilitate*, 2. *part. cap.* 5. *num.* 1. *cum ſeqq.* vbi etiam quod non eſt localis nec realis, ſed mere perſonalis, proueniens ex genere & ſanguine maiorum. Non enim aliud eſt nobilitas, quam qualitas quædam per gerentem principatum illata, qua quis eiuſve deſcendentes vltra plebeïos honeſtos accepti oſtenduntur, vt ex Bart. & Sylueſt. *conſil.* 1. *num.* 22. *cum ſeqq.* tradit Maſcard. *de probat. concluſ.* 1094. *num.* 6. vbi, *num.* 7. quod hæc eſt nobilitas ciuilis & politica diſtincta à plebeitate & ruſticitate. Quod etiam nobis ſatis inſinuauit D. Ambroſius, *in homil. ſuper Euangel. cap.* 1. *Fuit in diebus Herodis, &c. ſic enim exorditur. Docet nos Scriptura diuina, non ſolum mores in iis, qui prædicabiles ſunt, ſed etiam parentes oportere laudari, vt veluti tranſmiſſa immaculatæ puritatis hæreditas, in his, quos volumus laudari, præcellat: quæ enim alia intentio hoc loco ſancti Euangeliſtæ, niſi vt ſanctus Ioannes Baptiſta nobilitetur parentibus, miraculis, moribus, munere paſſionis? Sic etiam ſancti Samuel mater Anna laudatur, ſic Iſaac à parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam poſteris dereliquit. Sacerdos itaque Zacharias, non ſolum ſacerdos, ſed etiam de vice Abia, id eſt nobilis inter ſuperiores ſemine, & vxor, inquit, eius de filiabus Aaron: non ſolum igitur à parentibus, ſed etiam à maioribus ſancti Ioann. nobilitas propagatur.* Hactenus D. Ambroſius.

Ideo † vbicunque nobilis commoretur, ſiue in 95
propria, ſiue in aliena patria, gaudet ſua nobilitate, cum eius perſonæ cohæreat, nec poſſit renunciatione vel ciuitatis mutatione vel amiſſione perdi, vt *in l. iura ſanguinis, ff. de regulis iuris, & in l. ius agnationis, ff. de pact.* Nobilitas enim fidalgorum non habetur à perſona fidalgi, ſed à genere & à primo nobili nominato & electo ad militiam, vel ex cauſa, de qua *in lib.* 6. *tit.* 27. *part.* 2. vt prædiximus. Si ergo primus vixit nobiliter, attento initio conceſſæ nobilitatis, illud ſufficit: quoniam quando cauſa ſortitur ſemel effectum, nunquam ceſſat effectus, licet cauſa ceſſet.

Ex † quibus omnibus iam non ſunt audiendi, 96
ſaltem in noſtra Hiſpania, dicentes nobilem exercentem officium vile, artem mechanicam vel mercaturam amittere priuilegia nobilitatis, vt *in leg. vnica, C. negotiat. ne milit. lib.* 10. *l. nobiliores, C. de commerc. & mercat. & in l. milites*, la ſegunda, *cum l. ſeq. Cod. de re milit. lib.* 12. & late Platea *in l. ne quis, Cod. de dignit. eodem lib.* Cifuent. *in l.* 79. *Taur. in* 7. *quæſt.* Ioan. Faber *in l. falſo, Cod. de diuerſ. reſcrip.* Late probat Andreas Tiraquel. *de nobilitat. cap.* 33. *per totum*, Didacus Perez *in l.* 9. *gloſſ. vnica, colum.* 599. *tit.* 15. *lib.* 2. *ordinam.* Idem *in l.* 9. *tit.* 1. *lib.* 4. *col.* 1357. *cum ſeqq.* & plures idem tenentes refert Baeça *de inop. debit. cap.* 16. *num.* 5. *&* 32. *&* 34. *in verſ. quoniam mercatura*, eamque ſequitur atque probat Laſſarte de Molin. *de decim. vendit. cap.* 18. *num.* 64. & latiſſime Petrus Placa
de delict. 1. *tom. cap.* 1. vbi *num.* 10. hoc † intelli- 97
git, quando ipſemet nobilis per ſe vtitur huiuſmodi arte vel officio: ſecus ſi per ſeruos vel inſtitores: quod & ſequitur Cagnol. alios allegans *in l. is damnum dat. ff. de regulis iuris.* Et de eo latiſſime agit Tiraq. *vbi ſupra c.* 27. *n.* 7. *cum ſeqq.*

Hæc autem † vulgaris opinio vera quidem eſſe 98
non poteſt in nobilitate naturali ſanguinis ex omnibus ſupradictis: & ita merito receptum eſt in Hiſpania, in his locis, quibus nobiles vtuntur priuilegio immunitatis & tributorum exemptione, vt minime cogantur ad eorum ſolutionem, etiamſi artem aliquam exerceant mechanicam, & ex his quæ nobilitati derogant, quarum meminit Tiraquel *de nobilit. cap.* 30. *& ſeqq.* vt affirmat D. Couarruuias *in practicis quæſtionibus, cap.* 19. *n.* 7.
Tametſi

Tametſi adiiciat, quod priuilegiis quibuſdam, quæ moribus vel iure nobilibus conceduntur. propter publicum decorem, non debeant honeſtari, nec gaudere nobiles, qui vili funguntur officio. Sed indiſtinɑ̃e, quod hi in omnibus ſua nobilitate ſanguinis gaudere debeant, eadem ratio dictat & probant præcitati auctores addit Baëça *vbi ſupra num.* 33. *cum ſeqq.* quod *hidalguia* eiuſque priuilegia non amittuntur ex mercaturæ officio *ex l.* 111. *condita apud Segobiam, ann.* 1532. vbi probari dicit, hidalguiam, quæ ex genere deſcendit, non amitti, etiamſi hidalgus exerceat vilem artem; non enim orta eſt in perſona hidalgui, ſed deſcendit à maioribus, ſecundum Auendanum *vbi ſupra*, quem ibi quoque citat: & tandem inquit, quod conſuetudine in illa Bæticæ regione receptum eſt, vt nobilis, quem hidalgum vocamus, non amittat nobilitatem neque eius priuilegia, etiamſi vilem artem exerceat: & cum in iudiciis diſputatur, an quis ſit nobilis ſanguine, ſi opifex probet ſe nobilem, creditur vere nobilis eſſe: nam cum egeat & nobilitatem probet, creditur non fauore nec diuitiis nobilitatem acquiſiſſe, vel teſtes ſubornaſſe, ſed quod vere nobilis ſit: id quod late probat Calcaneus *conſil.* 8. *in cauſa pendente.* Denique Baeça *num.*37. *verſic. equidem*, reſoluit atque arbitratur, vt quod attinet ad ſoluendum Principi tributa, nobilis, qui exercet officium vile, non ſit ſpoliandus ſuo priuilegio, quo immunis eſt à tributis; ne ſcilicet duplici miſeria grauetur, ho-
99 noremque & pecuniam ſentiat amiſſam. Et † idem ſentit, quoad materiam illius l. Regiæ de debitore inope creditori addicendo agentis: licet enim ſua ſponte exerceat officium vile, durum quidem & aduerſus priuilegia nobilitatis eſt cogere eum vt illud exerceat ad vtilitatem creditoris, vt *ibi*
100 *late probat.* Sed † & idem ipſe cenſeo quoad cætera priuilegia nobilitatis naturalis, vt illis omnibus gaudere debeat nobilis huiuſmodi, licet mercaturam, artem mechanicam aut officium vile exerceat vel pauperrimus ſit, vt probauimus: Et præterea, quia ſi reſpectu tributorum id verum eſſe fatentur noſtrates, atque conſuetudine Hiſpaniæ ita receptum eſt: Quare non idem dicendum erit reſpectu cæterorum priuilegiorum nobilibus ſanguine à iure conceſſorum? Eadem enim ratio militat: imo fortior in his: maius namque priuilegium eſt illud non ſoluēdi tributa Principi, ex cuius probatione vere atque præciſe nobilitas & exemptio probatur, vt cauetur in hac noſtra Pragmatica Cordubenſ. eiuſque forma. Si ergo nobilis ſanguinis in Hiſpania gaudet ſuo priuilegio ne ſoluat tributa Principi, etiamſi officium vile exerceat, quod eſt maius; à fortiori cæteris minoribus priuilegiis eidem nobilitati attributis gaudere debet, argumento ſumpto de maiore ad minus: & quia cui conceditur quod eſt plus, conceditur quod eſt minus: vt in regula iuris. Neque quod hæc priuilegia publicum decorem concernant aliquid intereſt, quoad iuris rigorem; habet ſiquidem nobilis hic officium vile exercens, veram ſanguinis nobilitatem, à maioribus ſuis propagatam atque deriuatam. Poſſet autem contraria vulgaris opinio procedere & ſaluari in nobilitate ex accidenti, *que llaman de priuilegio*, officio vili durante; ita vt nec ſibi deſiſtenti, nec poſteris noceat, vt prædiximus.

101 Excipitur nobilis conductor aut collector tributorum, aliorumque iurium Regalium: Is enim licet alias ob debitum ciuile regulariter capi nec incarcerari debeat aut poſſit, ſi nobilis ſit, ob debitum tamen huiuſmodi fiſci capi atque in carcere detineri poteſt, vt *in l.4.tit. 2.lib.4.ordinament. veter hodie leg.4. tit.2. lib. 6. Noua Collectio. Reg.* quæ eſt huiuſmodi: *Ordenamos que ningun hijodalgo pueda ſer preſo, ni encarcelado por deuda que deua: ſaluo ſino fuere arrendador o cogedor de nueſtros pechos y derechos: por que en tal caſo el miſmo quebranta ſu libertad:* Cuius legis rationem atque intellectum adduxi poſt alios *in meo tract. de iurament. confirmat.* 1. *part. cap.* 16. *num.* 67. *cum ſeqq.* & de eo agit etiam Auendanus *vbi ſupra in verſic. ſit ergo concluſio*, à quo non diſſenſimus *vbi ſupra*: ſuperuenit nouiſſime Laſſarte de Molin. qui de decima vendit. &c. *cap.* 18. *num.* 64. aliam illi legi aſſig-
gnat rationem, dicens, vel † ex eo procedere, quod 182
nobilis vectigalia, aliaue iura Regia conducens & colligens, indignum nec decens virum nobilem exercitium & illiberalem negociationem ſumpſerit, vt conſtat ex traditis per Tiraquel. *de nobil. cap.* 34. *num.* 32. vnde plebeiorum quoque iure cenſeatur, ſicut de aliis officiis vilibus proditum eſt: & *in fi. d. num.*64. addit hoc apertè ſignificare illam *leg.* 4. ibi: *Porque en tal caſo el miſmo quebranta ſu libertad*: quicquid nos, *vbi ſupra* & alij Dd. ab eo ibi citati dicamus. Hæc ille.

Sed in primis aduertimus, eam non eſſe veram ac propriam rationem illius l. nempe quod officium illud conductoris vel collectoris tributorum & iurium Regalium ſit vile ac indignum homini nobili: tum quia de hoc nec verbum vllum in illa lege: tum etiam, quia verum quidem id in ſe non eſt, vt in terminis eiuſdem l. prius probauit Baeça, *vbi ſupra n.*78.*cum ſeqq.* tum præterea quia nobilis exercens officium vile non amittit nobilitatem naturalem generis, vt rectius *ſupra* probauimus contra eundem auctorem & alios antiquiores: denique quia ſi prædicti nouiſſimi auctoris ratio vera eſſet, atque eius ampliatio de aliis officiis & vilibus, ſequeretur inde quod nobilis conductor vel collector tributorum, aliorumve iurium Regalium teneretur hodie in Hiſpania contribuere cum plebeis, vt idem auctor manifeſte inſinuat: at hoc alienum eſt à praxi huius regni, (non ſolum à iure, *vt ſupra probauimus*) in quo contrarium receptum eſt, vt affirmat Couarr. *vbi ſupra ab eodem auctore ibidem citatus*, ergo non tenendum. Erit igitur alia ratio illius l. Regiæ, quæ deſumi poteſt ex adductis per nos (non quidem eo loco à Laſſarte citato, ibi enim de hoc non egimus, ſed de prodigo cui bonis interdictum eſt, nec in hoc plus quam ſex numeros ibi conſtituimus) ſed *in cap.* 16. *eiuſdem primæ partis de iuram. confirmat. num.* 67. *cum ſeqq.* Præterea quæ nos illo loco diximus, in eum finem adduximus, vt oſtenderemus legem illam Regiam minime obſtare veriori & receptæ ſententiæ, quam ibi latiſſime probauimus atque defendimus conformem ſupradictis, nobilem nempe ſanguinis renunciare minime poſſe ſuæ naturali nobilitati, & reſpondimus ideo in dict. leg. Regia illud quia loquitur in tacita renunciatione, quæ interdum plus roboris ſortitur quam expreſſa, vt ibi probauimus, & in terminis ita intelligit legem illam Auendanus, *vbi ſupra in d. verſic. Sit ergo concluſio.* Conducendo igitur vel colligendo nobilis iura Regalia, videtur tacite quoad effectum capturæ ſuam libertatem infringere, & ſic eo tantum caſu à lege excepto: quia indignum eſt, vt contra Principem prædicti priuilegij auctorem eo vtatur.

103 Præterea † cenſeo dict.l. diſpoſitionem, cum in ſpeciali caſu conductoris & collectoris iurium Regalium loquatur, ad alios extendendam minimé eſſe; itaque ſi ex alio contractu aliave ratione nobilis debitor fiſci exſiſtat, incarcerandus non erit ob id debitum, modo ex cauſa ciuili procedat, propter generalitatem priuilegij nobilibus Hiſpanis conceſſi, ne pro debito ciuili incarcerentur, à quo ſolum lex Regia excipit caſum conductoris & collectoris iurium Regalium (nec non lex altera Regia debitum à delicto deſcendens) non vero aliud debitum ciuile, quam contentum in d. l. Regia, vt rectius probauit idem Laſſarte, *vbi ſupra n.* 62. *cum ſeqq.* aduerſus Baëçam *vbi ſupra num.* 81. ſimpliciter ſed non vere aliud exiſtimantem per d. l. Regiam, quæ tamen tantum loquitur in caſu prædicto; & cum ſit correctoria, ad alios extendi non debet. Neque obſtat ratio generalis illius legis, ibi, *Porque en tal caſo, el miſmo*
104 *quebranta ſu libertad*, & † quoties ratio legis eſt generalis, extenditur vltra caſum l. vt *in l.*1. §. *ſextum*, & ibi Bart. *ff. de poſtul.* Baëça alios allegans, *vbi ſupra n.* 77. eſt communis, vt reſoluimus *in d. noſtro tract. de iuram. confirm.* 3 *par. c.*2.*n.*8. Reſpondemus etenim, quod quamuis ratio prædicta videatur prima facie generalis, attamen ipſa ſe reſtringit dicendo, *porque en tal caſo*, &c. Extra illum ergo caſum non frangit nobilis debitor Regis ex cauſa ciuili ſuam libertatem.

105 Quo † fit, inquit & bene Laſſarte, *vbi ſupra d. n.* 61. quod ſi ex conuentione ſua generaliue loci diſtributione aliquam ſummam nobilis debeat ratione decimæ, hoc eſt, gabellæ, nec illam ſoluat, carcerari non poſſit, ad gabellarij membri, in quo fuerit captus, vel ad Regis petitionem; quia tunc ceſſant verba & ratio *d. l.* 4. ibi, *Porque en tal caſo el miſmo quebranta ſu libertad*: In caſibus enim prædictis diſtributio illa ab vniuerſitate facta propter generalem illius loci, in quo nobilis ille habitat, & totius Regni conuentionem cum Rege noſtro celebratam, & particularis quoque conuentio à ſe ipſo inita cum gabellario ex antiqua gabellæ obligatione, & ea quidem neceſſaria originem habent, vt ibi probat.

106 Secundo † infertur, quod cum nobilis ſuſcipiendo huiuſmodi officium conductoris vel collectoris tributorum, aliorumque iurium Regalium, ipſemet frangat ſuam libertatem, quoad capturam, vt vidimus: erit in ipſius voluntate illud ſuſcipere, ideoque inuitus ad id ſuſcipiendum cogi non poterit, vt per Laſſart. *vbi ſupra n.*65.

107 Tertio ex † prædictis infertur, quod extra cauſam fiſcalem nobilis fidalgus exerceat officium locandi, vt conductor in propria perſona, vel exerceat mercimonium, adhuc gaudebit priuilegio, ne pro debito ciuili incarceretur, quia in ſola locatione fiſcali & collectione iurium Regalium loquitur prædicta l. Regia, vt latius probat in terminis Auendan. *vbi ſupra verſic. ſi vero extra cauſam*, quod in dubium exiſtimo.

108 *Boluiendo pues † aora al algo de los hijoſdalgo*, dico, quod tempore *d.l.* 2. *tit.* 21. *part.* 2. *los hijoſdalgo eran ricos*, & fere ſemper fortuna comitabatur virtutem, & probi ac virtute præſtantes ex virtutum præmio ditabantur; ſed hodie deſeruit fortunæ virtus, *y pocos hijoſdalgo de los que mas cierto lo ſon, tienen algo*, vt plurimum ſunt pauperes, vt deplorat Otalora de nobili 2.part. c... n.4. *Pero no por eſſo dexan de ſerlo verdaderamente, y conſtando dello, han de gozar y gozan de ſus priuilegios, como quedo reſuelto, bien es verdad que el tener el algo de que habla la dicha ley de Partida aprouechara para poder prouar mas facilmente la nobleza e hidalguia, prouando que el y ſus paſſados no pechan, ni han pechado por la hazienda que tienen en lugar pechero, en la forma, y con los requiſitos que nueſtra ley preſente de Cordoua requiere.*

Y † para que mejor ſe comprueue nueſtra dotrina de 109
*que eſte vocablo algo y bien, de que eſtavamos hablando, en Eſpaña ſe entiende y verifica no ſolo de vaſſallos ſolariegos, ſino tambien de otra hazienda; hallar ſe ha ſer anſi en muchas Chronicas antiguas de Eſpaña, que vſan deſte vocablo algo tomandole eſpreſſamente en el ſentido que vamos diziendo y declarādo: particular en la Chronica general del Rey don Alonſo, en la primera parte en el c.*115*. del Imperio de Veſpaſiano VII. Emperador, adonde hablando de la hija de Vitelio ſu enemigo, dize la Hiſtoria que la caſo muy noblemente e diol muy dalgo a gran marauilla. Y claramente mas adelante hablādo de vna dueña de gran guiſa llamada Maria, que a la ſazon auia en la villa, e era de tierra de allende del rio Iordan, y al principio de la guerra ſe vino con todo lo ſuyo para Ieruſalem por ſer hi mas ſegura, dize la Chronica: Y como era muy rica troxiera, gran algo, mas todo zelo auian robado aquellos caudillos de la enemiga, &c. Luego he aqui lugar eſpreſſo en que el algo es forzoſo entenderſe de bienes muebles, y no de ſolar, ni vaſſallos, pues dize que era de la tierra de allende del rio Iordan, e que ſe vino con todo lo ſuyo para Ieruſalem, e que troxiera gran algo: porque ſuelo, ni ſolar, ni vaſſallos, ni otros bienes rayzes, no los podia traer conſigo, ſino era en dinero*

Et † iterum inferius eodem cap. *ſe dize deſte* 110
Emperador Veſpaſiano que era muy vagaroſo en dar las dignidades a los nobles omes aquien las auia a dar: e tardaua mucho en ſoltar los preſos, quier fueſſen con culpa, quier ſin ella: e que tenian algunos que lo fazie con codicia de auer algo de todos. Y mas abaxo: E otroſi a los Gramaticos, e a los otros maeſtros dauales muy grande algo, porque monſtraſſen en Roma de ſus artes. Y en la Chronica del Rey don Alonſo el vndecimo, c.245. fol.136. col.2. ibi, *E aſſi como el Rey don Alonſo tuuo mucho apercibimiento de algo, e de caualleros, e de cauallos, mulas, e azemilas, &c. Y lo miſmo en la Chronica del Rey don Pedro, año* 6. *c.* 5. *y en la Valeriana Nouenario* 6. *c.*46. vt refert & fatetur Ioan. Garç. *d. gl.*8. *num.*18. quamuis adiiciat, non inde vocari in Hiſpania antiquitus *hijoſdalgo: aunque eſta palabra algo: lo ſignifica, ſino por el algo de vaſſallos ſolariegos, que era y es mas eſtimado que otros algos: pero que hablando propriamente eſta palabra algo ſignifique, tambien otra hazienda fuera de vaſſallos ſolariegos*, facile alibi ſæpiſſime reperitur apud Chroniſtas, quod hic referre eſſet potius faſtidioſum quam neceſſarium; ſatis ſit, quod ex ſupradictis deducitur plane, *que eſta palabra algo antiguamente, (y lo miſmo es aora) ſignificaua qualquiera hazienda, riquezas, y auer, y no ſe reſtringia ſolo a ſuelo con vaſſallos ſolariegos: y eſto ſe conprueua baſtantemente por la dicha ley de Partida, en quanto generalmente dize. E con algo, quiere tanto dezir en lenguaje de Eſpaña como bien por eſſo los llamaron fijoſdalgo, que muestra tanto como hijos de bien: porque ſi fuera neceſſaria qualidad y requiſito que eſte bien fuera de vaſſallos ſolariegos, eſpreſſaralo la ley, y no lo paſſara en ſilencio, ni dixera generalmente, como dixo, Bien: luego no lo hemos de reſtringir a ſolo el bien, y algo de ſolar conocido con vaſſallos ſolariegos*, per ſupradicta, *aunque en ellos ſe pueda verificar, y verifique muy bien. Y aunque por lo arriba dicho queda muy bien prouado*

eſte nueſtro parecer, no quiſe vltimamente dexar de referir para ello lo que nueſtros Chroniſtas refieren de la batalla de las Nauas de Toloſa, conuiene à ſaber: que ganada la vitoria que fue en el año de 1260.
111 el † Rey mando a don Diego Lopez de Haro ſeñor de Vizcaya, que partieſſe el campo, y todo lo que ſe auia ganado, como el quiſieſſe, y don Diego lo partio diziendo: Señor todo el algo que vos e nos, e los hijoſdalgo auemos de auer en eſta batalla del Miramamolin, que eſta en el cercado, y palenque, ſea todo del Rey de Aragon, y del Rey de Nauarra: y a vos ſeñor do la honra de la batalla, que lo deuedes auer, y a las otras gentes no ſe les quite lo que ganaron, &c. Luego el algo no ſe entiende preciſamente de vaſſallos ſolariegos, ſegun fuero de Eſpaña, ſino tambien de qualquiera otra hazienda, como fueron los deſpojos deſta batalla y vitoria: & cum his remanet expedita hæc 1. quæſtio ſuper hac l. & pragmatica Cordubenſi.

SVMMARIVM.

1 Nobilitas, hoc eſt, la hidalguia de Eſpaña, quib. modis probetur, & per totam quæſt.

2 Quilibet naturali præſumptione præſumitur eſſe bonus ex bonis & naturalibus principiis.

3 In dubio nemo præſumitur natus ex infecta radice ſed de proba ac ingenua progenie.

4 Nobilis tamen nemo præſumitur, ſed potius plebeius, niſi probetur magnas.

5 Soli Florentini de iure communi ſunt nobiles, non alij.

6 Nobilitas primo probatur iure communi per reputationem, & n. 51. quæ requirantur ad hoc.

7 Communis exiſtimatio eſt magis quam lex.

8 Ad probandum nobilitatem eſt magis neceſſarius articulus de reputatione & communi opinione, quam dicere, quod ſit ex tali nobili domo.

9 Reputatio & communis opinio ad probandam nobilitatem debet eſſe immemorialis.

10 Conſuetudo quando adtributa ſit, attendenda.

11 Nobilitas nihil aliud eſt, quam qualitas illata per Principem, qua quis vltra honeſtos plebeios acceptus oſtenditur.

12 Vt quis dicatur nobilis, requiritur, quod à ſtatuto ſit nobilis.

13 Ad probandam nobilitatem non ſufficit articulum ſimpliciter facere nec probare, quod talis fuit vel eſt reputatus nobilis, quia verbum, Nobilis, eſt æquiuocum: ſed requiritur probari, quod ſit nobilis nobilitate, quæ facit quem differre à plebeio ſeu populari, ſicque actus poſitiui & diſtinctiui nobilium à plebeis probandi ſunt.

14 Sola fama æſtimatio aut reputatio non ſufficit ad faciendum aliquem nobilem, ſed actus, qui vulgo reputantur actus nobilium & non plebeiorum, id faciunt: ſed hoc procedit, vbi ſunt actus diſtinctiui & poſitiui: ſecus vbi nulli exſiſtunt, vt in n. 15. cum ſeqq.

16 Nobilitas non eſt qualitas naturalis, ſed fantaſtica, non ſubſtantia, ſed attributum accidentale variabile, quia nec habetur in corpore nec in parte corporis ſenſitiua.

17 Stirps Iudaica aut Mahometica probatur ſola opinione, reputatione ac fama.

18 Bona fides cauſatur ab auditu maiorum.

19 Bona fides ſemper præſumitur in incorporalibus, vbi agitur de præſcribenda libertate, niſi contrarium probetur.

20 Bona fides præſumitur, data immemoriali poſſeſſione.

21 Titulum præbet immemorialis poſſeſſio.

22 Ex communi reputatione cauſatur quaſi poſſeſſio nobilitatis.

23 Seruus ſi pro libero ſe gerat bona fide, ſtatim priuat dominum poſſeſſione, & iſta ſua quaſi poſſeſſio eſt habilis ad præſcriptionem libertatis longo tempore.

24 Valde iniquum eſſet, ſi nobilis familia ab antiquo amitteret ſuam priſcam nobilitatem ob hoc ſolum, quod degeret in loco exempto, vel inter alios forte nobiles.

25. Nobilitas probatur per præſcriptionem immemorialem.

26 Nobilitas quanto antiquior tanto nobilior, perfectior & honoratior.

27 Nobilitas iure noſtro Regio quomodo & quo tempore probetur, & n. 29.

28 Nobilitas localis quomodo probetur, & vnus caſus tantum huiuſmodi reperitur iure Regio.

29 Nobilitas quomodo probetur in locis, vbi nulli ſunt actus poſitiui diſtinctiui.

30 Scientia & patientia Principis an requiratur in reputatione immemoriali nobilitatis, & num. 31. & 71.

32 Nobilitas antiquiſſima & notoria omnium Vizcaginorum originariorum in foro de Vizcaya eiuſque confirmationibus Regiis expreſſe continetur.

33 Fama in antiquis hominum memoriam excedentibus plene probat id, quod eſt dubitabile, quando præſens ſtatus rei non repugnat, vt in n. 34.

35 Sufficit me reperiri in poſſeſſione vel quaſi alicuius iuris, ad hoc vt virtute immemorialis nihil aliud probare debeam.

36 Vbi nulla ſunt tributa plebeiorum, nec alij actus diſtinctiui nobilium & ignobilium, ibi libertas nullo modo poteſt conſiderari ab oppoſito ſeruitutis.

37 Nobilitas poſſidetur in ſemetipſa ſicut & libertas.

38 Omnes res conſiderari debent per ſubſtantiam & non per accidentia.

39 Qualitatum diuerſitas non facit rem diuerſam in ſpecie ſed eadem eſt.

40 Nobiles & ignobiles quamuis in locis liberis in non ſoluendo nec in ſe diſtinguendo viſibiliter videantur vniti & ſimiles; non tamen ita vniti ſunt, nec ſimiles in omnibus & per omnia, quin vterque ſtatus opinione & reputatione diſtinguatur, & quin primariam ac primæuam ſuam naturam retineat.

41 Vna res ita vniri poteſt alteri, vt vtraque retineat ſua priuilegia ſuamque primæuam naturam.

42 A primordio tituli poſteriori formatur euentus, & non ratio obtinendæ nobilitatis, ſed & illius quoque origo eſt exquirenda.

43 Inhærendum eſt ſemper primæuæ radici & ſuo proprio principio, etiamſi alij tramites intercurrant.

44 Priuilegia non faciendi non amittuntur, niſi vſu contrario.

45 Aptitudo & potentia, dummodo actus contrarius non interueniat, ſufficit ad retinendum ius.

46 Poni non poteſt, quod non fuit neque eſt, eſtque impoſſibile illud velle probare.

47 Duo contraria non poſſunt ſimul eſſe vera.

48 Impoſſibile eſt quærere actus eorum, quæ ſunt à tempore immemoriali introducta.

49 Aliud eſt acquirere, aliud conſeruare.

50 Impedimentum ſuperueniens exercendæ ſeruitutis, etiamſi duret tantum tempus, per quod ius ſeruitutis amitti ſoleat, nihilominus illæſum permanet ipſum ius ſeruitutis.

52 Omnis notorietas eſt omnium probationum ſuperlatiua & veluti ſcriptura & ſententia.

53 In familiis notorie nobilibus valde ſuperlatiue, reſpectu aliarum, à fortiori probabitur nobilitas per reputationem & communem opinionem immemorialem, etiamſi illis abſit qualitas de ſolar conoſcido.

54 Quaſi poſſeſſio non releuat ab onere probandi, quando eidem repugnat primæuus ſtatus naturæ, niſi quaſi poſſeſſio adiuuetur præſumptione alicuius tituli vel æquitatis, vt in n. 62.

55 Vbi requiritur priuilegium, non ſufficit quaſi poſſeſſio, & num. 65. limitatur n. 66. in poſſeſſione immemoriali, vt ibi.

56 In locis omnino liberis, vbi nulli actus diſtinctiui exſiſtunt, an probetur nobilitas per communem opinionem & reputationem patris vel aui: refertur diſtinctio Otalore, & n. ſeqq. agitur de ea.

57. Quod eſt quæſibile priuilegio, illud etiam eſt quæſibile tempore immemoriali.

58 Princeps poteſt nobilitare, quem velit.

59 Omnis immemorialis præſtat illud, quod aliquando potuit eſſe, & in n. 60. exemplificatur in decimis à laico perceptis à tempore immemoriali: nam præſumitur tunc temporis iuſtus titulus poſſeſſionis ante Concil. Lateranenſ. conceſſus.

61 Iiſdem modis, quibus inducitur præſcriptio (nempe ex diuturna præſtatione vſurarum) eiſdem quoque inducitur præſumptio allegati tituli, præcipue probata immemoriali, etiam ſine allegatione tituli.

62 Impræſcriptibilia acquiruntur per immemorialem poſſeſſionem, cum allegatione expreſſa tituli, qui per eam probatur.

63 Poſſeſſorium retinendæ non datur contra eum, qui habet intentionem ſuam fundatam de iure communi, niſi oſtendatur titulus.

Neque contra illum, qui habet intentionem ſuam fundatam in genere: ibid. ſed non procedunt contra poſſeſſionem vel quaſi immemorialem, vt in n. 66. quando præſens ſtatus non repugnat.

64 Aliud eſt poſſeſſio vel quaſi, aliud ipſe titulus.

67 Quando aliquis eſt in quaſi poſſeſſione alicuius qualitatis, quæ potuit eſſe ab origine, ſufficit ſine aliqua priuilegiorum oſtenſione, & transfert onus probandi in aduerſarios.

68 Poſſeſſio immemorialis dominorum exigendi impoſitiones à ſuis vaſallis, quoad proprietatem habetur loco tituli ſufficientis.

69. Vbi adeſt immemorialis, ibi eſt probatio plenaria.

70 Immemorialis habet vim tituli & priuilegij.

71 Scientia Principis non requiritur in immemoriali.

72 Immemorialis poſſeſſio habetur vt conſtitutio, & nunc non eſt opus allegare titulum, & habet effectum publici inſtrumenti.

73 Immemorialis poſſeſſio habet vim Regij aſſenſus & priuilegij.

74 Immemorialis poſſeſſio dat poſſidenti ius pleniſſimum ex fortiori cauſa, quæ excogitari poſſit.

75 Immemorialis habet vim legis & iuſtitiæ.

76 Immemorialis habet vim tituli & conceſſionis, & habetur pro veritate & ſolemni priuilegio.

77 Immemorialis habet vim conceſſionis expreſſæ ab eo, qui dare poterat.

78 Immemorialis elidit omnem præſumptionem iuris in contrarium.

79 Omnis longa poſſeſſio vel quaſi inducit præſumptionem tituli & priuilegij à Principe, etiam contra diſpoſitionem iuris communis.

80 Sufficit aliquem reperiri in quaſi poſſeſſione alicuius iuris ad hoc, vt virtute poſſeſſionis pro eo præſumatur, & nihil aliud debeat probare, & n. 82. dum tamen prædicta quaſi poſſeſſio ſit indubia & ſine contradictione, & in n 83.

84 Nobiles exteri huius Regni, veluti Genuenſes, Mediolanenſes, Florentini & alij, qui apud nos negociantur, an gaudere debeant & poſſint nobilitate noſtræ Hiſpaniæ ex nobilitate iuris communis vel ſuæ patriæ? ardua & ſumme difficilis quæſtio, in qua octo concluſiones conſtituit Otalora ex quibus vnica reſolutio ponitur, num. 90. ſed opinio Baeçæ refertur, num. 91. noſtra autem, n. 92.

85 Nobilis in vna prouincia, non eſt neceſſario habendus nobilis in alia.

86 Nobiles fere per totam Italiam non abſolute immunes ſunt à contributionibus.

87 Nobiles, en la mayor parte de Andaluzia y en el Eſpinar, Belmonte, y en el Caſtillo de Garcimunnoz, y en otros lugares pechan por fuero y coſtumbre.

88 Nobiles omnes genere antiquitus in Hiſpania tributa ſoluebant, haſta en tiempo del Conde don Sancho de Caſtilla que los libro.

89 Nobiles genere de iure communi cenſum ſoluebant, & à muneribus patrimonialibus nemo excuſatur, vt hic.

93 L. fin. titul. 1. part. 2. litera, & de eius intellectu.

94 Cathanei ab vtilitate operum in curia Principum & ſtrenuitate ſuper alios ſimplices milites ſunt dicti, quia & proceres quaſi ante alios procedentes dicuntur.

95 Valualli vocantur à valuis, quia deputati erant ad cuſtodiendas portas palatij Regalis ſiue Imperialis, quos nos oſtiarios appellamus.

96 Praxis accepit, vt nobiles exteri, hoc probato, apud nos pro fidalgis pronuntientur.

97 Nobiles exteri notorij per communem reputationem & inconcuſſam famam atque opinionem immemorialem, etiam vbi & apud quos aliqui actus diſtinctiui poſitiui non exiſtunt, ſunt pronuntiandi apud nos nobiles.

98 Et quid de Mauris.

99 Nobiles deſcendentes à Iudæis per lineam maſculinam, non ſunt pronuntiandi nobiles; ſecus ſi per lineam maternam tantum ab eis deſcendant, ſi clare teſtis de prædicta macula ex parte matris deponat.

100 Nobilitas ſecundo modo principaliter probatur per notorietatem, por ſolar conocido, o por executoria.

101 Notorius nobilis appellatur ille, qui per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, declaratus eſt talis: ille etiam, qui ſine vlla populi retractatione talis reputatur.

102 Nobiles, durante lite ſuper ſua nobilitate, omnes contribuere tenentur, ſino fueren notorios hijoſdalgo de ſolar coñocido, o tuuieren executorias vſadas y guardadas conforme a la ley Real que deſto habla.

103 Pendente quæſtione ſuper immunitate, interim qui ſe prætendit immunem, debet per iudicem cogi ad ſoluendum ad inſtantiam communitatis, hoc eſt, Concilij.

104 Nobiles prædicti notorij ſi incollectentur, an poſſint ſuſpendere petitorium & deducere poſſeſſorium, petendo, vt de eo ſummarie cognoſcatur, & offerendo probationem in continenti, vt ſpoliati reſtituantur, & ne durante lite incollectentur, & n. ſeqq.

105 Vbi eſt caſus l. non eſt amplius de eo dubitandum.